nondifferendo, ad Quietationem coram Actis primos Officii praefati
Castren. Capitanealis Premislien. faciendo, dilatione sibi non recipiendo, nullasque
Actiones Appellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia
poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspension. fatalijs
Juris, exceptione Terrae, bello conventioneque ac alijs omnibus Juris remedijs
et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo.
Haec sua praesens personalis Recognitione ac praemissa omnia [illegible]

Feria Quinta post Festum Sanctorum Trium Regum proxima. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo

I L: Uzyczkowicz, Nobilem Jaworski Quietat. 5

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castren. Capitanealibus
Premislien. Laboriosus Klim Uzyczkowicz, de Villa Mielniczne
Nobilis Hyacinthi Jaworski Romanowicz Subditus. Sanus
mente et corpore existens, a Terris, Dietibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis
quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti Iuri Castren. Capitaneali
Premislien. Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac
bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque Subijciendo
palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse
suo, et Successorum quorumvis olim Nobilis Paraska Jaworska, Nobilis
Stephani Martyicz Jaworski Coniugis legitimae, sui vero privignae
filiae, nomine, pro quorum ratihabitione cavet ac se praesentibus inscribit
nominibus: super tum Nobilem Stephanum Jaworski Martyicz, olim
Nobilis Alexandri Jaworski Martyicz filium, eiusque posteros, de
Summa Centum florenorum polonicalium ratione dotis: nec non de alia Summa
Centum florenorum polonicalium ratione dotalitij, Super tota et integra

mediatate bonorum suorum generaliter omnium per ipsum eiusque olim Nobilis Paraska Jaworska sui Regnantis filiae, modo reformationis coram Actis Officii praesentis inscripta et ad solvendum assecurata, nec non de ipsa Inscriptione reformatoria Castrensi Capitanealis Premysliensis in se de promissis solutione Quietat, emittit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat. Inscriptionem eamque reformatoriam Castrensem Capitanealem Premysliensem ob restitutionem eiusque Summae Centum florenorum pro bonis in urnam dotis, tum et dotalitii eamque filiam suam concernentem cassat, mortificat et annihilat praesentis, ac de bonis condescendit, sibi, suisque posterisque vane promissorum perpetuum imponendo silentium.

Zaleski et Iackowski mutuò sese Quietant.

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentis Castrensibus Capitaneis Premysliensis Nobiles Casimirus Zaleski ab Una, et Theodorus Iackowski partibus ab altera. Sani mentibus et Corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesentis vero Castrensi Capitaneali Premysliensis Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, recum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim, suo interesse recognovit. Quia ipsi sese mutuo et invicem, una pars alteram, cum posteris utriusque partis, de Causis et Actionibus iudiciariis sibi Regnantibus adinvicem tam ex Actoratu quam et Reatu ad Officium praesentis Castrensis Capitanealis Premysliensis institutis et intentatis, atque de Actionibus obductionibus Vulnerum, Arestis, nec non de ipsa gradu Infamia ex parte praedicti Nobilis Zaleski, suique Nobilis Iackowski, in antea actis Officii Castrensis Capitanealis Premysliensis Querelarum Terminis obtentis